



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 54. Martimbosii Propositiones damnatae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„chirographo munitam nostro dilecto, Sæcul. XVI.  
 „ac fideli Confiliario, & Generali Pari- A.C. 1559.  
 „sienfis Curiaë nostræ Procuratori clau-  
 „sam & signatam tradatis, ut per il-  
 „lum ad nos transmittatur, qui etiam  
 „vobis referet, quid juxta bonum, &  
 „æquum nobis agendum videbitur.,  
 Accepta igitur hac epistola Mailliardus  
 Decanus censuram occlusam, ac sigillo  
 firmatam præfente Moncho Doctore  
 die vigesima octava Augusti Procura-  
 tori Generali transmissit, ad Regem de-  
 ferendam.

## §. LIV.

*Martimbosii Propositiones damnatæ.*

Die decima quinta Junii Curcellius *Argentre*  
 Syndicus prælegit sententiam con- p. 279.  
 tra Magistrum Nicolaum de Martimbos  
 pronuntiatam, vi cujus hic Doctor Ver-  
 bum Dei prædicare, confessiones ex-  
 cipere, atque in Facultate docere pro-  
 hibebatur: die autem prima Julii ea-  
 dem Facultas Conventu Sorbonnæ ha-  
 bito post rem Divinam de Spiritu sancto  
 peractam circa quædam negotia statum,  
 ac honorem Facultatis concernentia  
 deliberabat, ibidemque prælecta est Sen-  
 tentia contra Magistrum Nicolaum de  
 Martimbos, Sylvanectensem Theologum  
 a Rege & privato consilio lata, ex occasio-  
 ne quorundam tumultuum in hac urbe

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. Z exci-*



Sæc. XVI.  
A.C. 1559.

excitatorum, necnon ob quasdam propositiones, quas idem Doctor Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto ex suggestu dictaverat. Itaque perlecto hoc decreto major pars Magistrorum censuit, quod sententia hæc haberetur in forma authentica & probata, priusquam aliquid statueretur contra dictum doctorem de Martimbos, qui tunc Congregationi aderat, hinc data est provincia habendi hanc Sententiam Magistro de Courcelles Syndico Facultatis, ut majori cum cognitione quidpiam constitueretur.

Die secunda Septembris prælectum est decretum Regium contra Magistrum Nicolaum de Martimbos, erat que extractum legitime ex Consilii privati tabulis ipsius Regis die duodecima Februarii Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, quo audito & lecto, ac diligenter consideratis his, quæ in illo continentur, censuit Facultas contra ipsum Martimbos, quod non gauderet fructibus dictæ facultatis, quousque purgatus fuerit.

§. LV.

*Propositiones a Rege ad Facultatem delatæ, atque ab eadem damnatæ.*

Die